



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

tute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Vbi expugnauerunt accipitur improprie, pro oppugnauerunt, vel expugnare conati sunt. Dicat ergo, sepe oppugnauerunt me, meque; frequenter expugnare conati sunt, atque frequenter insultum in me fecerunt inimici mei, diabolo eos instigante. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Fabricauerunt supra dorsum meum, quando per grauem & longam vexationem atque afflictionem, impij iugiter molesti fuerunt mihi. Tunc enim supra dorsum iustorum et fidelium impij quasi fabricant quando magna illos vexatione affligunt, et quasi multa imponunt, quae sunt portatu difficilia.

CAPVT II.

Sepe itaque expugnauerunt me à iuuentute mea, quia ab initio, quando incepit Ecclesia in terra, perpeffa est persecucionem malorum. Aliquando (vt

Ecclesia
ab initio
perpeffa est
persecutio
nem male
rum,

l D. Au-

IOAN. SLOT. GEF.

D. Augustinus loquitur) in solo Abel
Ecclesia erat, & expugnatus est à fratre
malo & perduto Cain. Aliquando in so-
lo Enoch Ecclesia erat, & translatus est
ab iniquis. Aliquando in sola domo
Noe Ecclesia erat, & pertulit omnes qui
diluuio perierunt, & sola arca natauit
in fluctibus, & euasit ad siccum. Aliquã
do in solo Abraham Ecclesia erat, & quã-
ta pertulit ab iniquis nouimus. In solo
filio fratris eius Loth, & in domo eius
in Sodomis Ecclesia erat, & pertulit So-
domorũ iniquitates & puerilities, quo-
usq; Deus eum de medio ipsorum libe-
rauit. Cœpit esse & in populo israhel Ec-
clesia, pertulit Pharaonem & Aegypti-
os. Cœpit & in ipsa ecclesia, id est, in po-
pulo Israel numerus sanctorum, Moy-
ses & cæteri sancti pertulerunt iniquos
Iudæos, populum Israel. Ventum est &
ad dominum nostrum Iesum Ghris-
tum, prædicatum est Euangelium, di-
xit in Psalmis: Annunciaui & loquu-
tus sum, multiplicati sunt super nume-
rum. Quid est super numerum? Non
solùm illi qui crediderunt, & qui per-
tinent

Psal. 39.

DE V
tinent ad
super num
sed plure
quos. Qu
do solùm
memorat
clesia, vel
clesia, vol
clesiæ, auc
suam, dico
fili. Sæpe
tute mea.

Porro
clesia
a, præter
Augustin
& quæ in
Ecclesiæ
Machabæ
mus quã
tu Domin
uiter. Et q
puas tame
pio quide
fuisse à Iu

tinent ad numerum sanctorum, sed & super numerum intrarunt multi iusti, sed plures iniqui, & pertulerunt iusti iniquos. Quando? In Ecclesia. Nunquid modo solum ex quo enumerat, ex quo commemorat? Ideo ne miraretur modo ecclesia, vel ne quisquam miraretur in Ecclesia, volens esse membrum bonum Ecclesie, audiat & ipsam Ecclesiam matrem suam, dicentem sibi: Noli mirari ad ista fili. Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.

CAPVT III.

*Ecclesie
oppugnationes.*

Porro vt cognoscas, quam saepe Ecclesia sit oppugnata a iuventute sua, praeter oppugnationes quas sanctus Augustinus ex sacris recensuit literis, & quae in sacris scripturis reperiuntur Ecclesie factae & maxime temporibus Machabaeorum martyrum, recensemus quam saepe Ecclesia ab aduentu Domini oppugnata sit & quam grauiter. Et quamquam non omnes, praecipuas tamen recensimus. Et principio quidem cum beatissimus Stephanus fuisset a Iudaeis lapidatus (quemadmodum
1 2 sanctus

o Abel
t a fatre
o in fo-
atus est
domo
nes qui
natauit
Aliqua
& qua-
In solo
mo eius
tulit So
tes, quo
um libe-
rahel Ec
egypti-
t, in po-
, Moy-
iniquos
um est &
a Ghris-
ium, di-
loquu-
r nume-
m? Non
qui per-
tinent